Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 42

urn:nbn:de:bsz:31-108646

Visual Library

Q. 2. Quomodo sponsus usucapiat rem alienam ut dotalem datam ante matrimonium? R. pro suo, sed constante matrimonio pro dote, l. 1. § 2. ff. h. t.

Lib. 41.

112

~~Q. 3. Sed quid in rebus extimatis? R.~~

Tit. 11
Pro suo

Q. 1. Quis sit titulus pro suo? R. Pro suo possidet ex omnibus causis, per quas dominium directe ac proprie acquiritur: estque generalis titulus, qui cum aliis concurrit, l. 1. 3. ff. h. t.

Q. 2. Quid si quis erret in jure? R. errans numquam usucapiet, sed recte is, qui ab errante habet, l. 2. § 12 ff. pro empt.

Lib. 42.

~~Liber 42~~
~~De officio judicis~~
Tit. 1
De re judicata et de effectu sententiarum, et interlocutionibus.

De hac materia agimus passim in ~~lib.~~ jure Can. l. 2. praesertim: tit. 27.

Tit. 2.
De confessis

~~De~~ Hunc titulum dilucidavimus in jure Can. l. 2. t. 18.

Tit. 3.
De cessione bonorum.

Q. 1. Quod tandem remedium datur debitoribus, si omnibus, quibus debent, non possint satisfacere? R. Est beneficium cessionis per quod debitores haec consequuntur. 1. ne detrudantur in carcerem, l. 1. C. h. t. 2do si pervenerint ad pinguiorem

qui bonis cedere poss.

Lib. 42.

fortunã, ne teneantur in solidũ. § 5. fin. inst. de act. l. 6. 7. ff. h. 3tio ne fiant infames l. 11. C. h. 4to non quidẽ de jure, sed solum ex commiseratione eis lectus vestimenta quotidiana et instrumenta artis suæ si sint opifices, relinquenda sunt. Vid. Wiedm. h.

℥ ex quibus caus. infamia irrog.

Q. 2. Quibus sit permissum bonis cedere? R. quibuslibet, sive sint filii familias, sive patres l. 4. C. d. t. h. licet etiã juraverint se soluturos excipe nisi speciali jure prohibeantur, quales sunt, qui bona in fraudem alienarunt, qui foro cedunt magna patrimonii parte sublatâ, vel luxuriose bona consumpserunt, vel aliâs dilapidarunt, ℥ qui scientes se non esse solvendo aes alienum contraxerunt, etiã tutores ex administratione tutelæ, vel administratores piæ causæ, deniq. si debita spe futuræ cessionis, et sic animo decipiendi creditores, per hoc legis beneficiũ, contrahere ausi sunt.

℥ qui ad collectas et tributa adstricti sunt

Q. 3. Ex quibus causis civilibus non criminalibus, licet etiã condemnatio in mulctam pecuniariã esset secutura; Vid. Scot. h.

℥ admittatur cessio? R. ex

Q. 4. Quid si quis renuntiaverit huic beneficio? Non debet ei adimi ex eo solo beneficiũ, siquidem inopinata fortunæ adversitas ipsi supervenerit licet etiã jurasset se non usurum hoc beneficio, arg. l. ult. § ult. ff. de his quæ in fraud.

Q. 5. Quomodo facienda est bonorũ cessio? R. potest fieri, vel in jure vel extra jus, non solũ nudis verbis v. g. cedo bonis, sed etiã per epistolã vel nuntiũ l. fin. C. h.

Q. 6. Quid dicendum de iis debitoribus qui juxta l. fin. C. qui bona cedere poss. à majori creditorũ parte inducias moratorias seu quinquennales

dilationes, vel etiā sub angustiore termino in-
tra quem à creditoribus non sunt molestandi, istā
adjectā clausulā, nē bonis cederent, impetrarunt
et acceptarunt? R. tales ad hoc praesidium postea
confugere non possunt, eo quod simili modo dilatio-
nes impetrando videantur voluisse suos eludere
creditores, Schneid. ad § fin. n. 4. inst. de act.
Q. 4. Num prosit beneficium cessionis etiā
fidejussoribus? Neg. Quia persona cohaeret
§ fin. inst. de replic. uti nec induciarum quin-
quennalium

Tit. 4.

Quibus ex causis in possessionē eatur?

In tit. 1. et 2. hujus libri tractatur, quomodo
cum condemnato, et confesso procedendum sit, nunc
sub hac rubrica Sermo incidit de illis, qui
nec confessi, nec condemnati sunt, quali via et
ordine contra tales oporteat procedere. Et qua
ratione alii in bonorum ipsorum possessionē mitti possint. Itaq.
Q. 1. Quaenā sunt causae, ex quibus
quis in possessionē mitti soleat? R. tres assi-
gnari solere, Prima est rei servandae causa
2da legatorum servandorum gratia, tertia
ventris nomine. De prima causa hic agi-
tur, de reliquis alibi peculiaribus titulis.
Q. 2. Quando Rei servandae gratiā mitta-
tur actor in possessionem bonorum? R. Si
Reus latitet; seu cum tractu aliquo et frau-
dationis causā vel ex contumaciā lateat. l. 2.
§. 1. l. 7. § 8. 9. ff. h. Item si non latitet qui-
dem, sed absens sit, et non defendatur, l. 2. § 2. ff. h.
Similiter si pupillus, furiosus, et prodigus non
defenduntur, in horum bona potest fieri missio
l. 7. § 9. et seqq. ff. h. sin ante postea de-
fendantur, debet missus possessione decedere, l. 5. ff. h.

Lib. 42.

Q. 3. Quomodo actor in possessionē mittatur?

R. Si ei res restituenda, vel debitū aliquod purè debeatur, non verò si sub conditione vel in diē debeatur, nec si quis exceptione tutus sit l. 7. §. 14. ~~ff. h.~~ l. 14. §. fin. ff. h.

Equidem in l. 6 ff. h. habetur, quod actor seu creditor conditionalis ex primo decreto mitti possit in possessionē ~~Hi~~ Verū Struv. et Widm. hic tuentur contrariū, quibus tutò adhærendū esse existimamus.

Q. 4 Quis aliàs sit effectus primi decreti?

R. Tantum creditor consequitur custodiā rerum, l. 12. ff. h. non verò possessionē multò minùs dominium.

Q. 5. Quid si debitor non compareat ad ~~se~~ se defendendū? R. Mittendus est creditor ex secundo decreto post annū elapsū à primo, intra quē si ~~creditor~~ debitor compareat, et caveat, possessionē recuperare potest l. 8. in fin. C. de præscript. 30 annor. ~~et non~~

Q. 6. Quis sit effectus secundi decreti? R. Consequitur Creditor jus veræ possessionis usucapiendi conditionē et fructuū utilitatē, l. 3. ~~§ fft.~~ §. fin. ff. de acq. possess. ~~de damno infect.~~, non verò ~~dominium~~ nisi longi temporis possessio accesserit, l. 15. §. 16. de damno infect.

Q. 7. Num missio tantū missis prosit? R. Non tantū missis, sed et aliis omnibus creditoribus, qui eandē causam debiti prætendunt l. 12. ff. de ~~bon.~~ reb. autor. jud. possess. si tamen præsentes intra biennū vel absentes intra quadriennium compareant, et creditū suū probent, nec non expensas factas refundant.

Tit. 5.

De rebus authoritate judicis possidendis vel vendendis.

Q. 1. Possit ne propria authoritate possessio accipi? R. Nullo modo, sed desideratur ad eam rem authoritas judicis.

Q. 2. Quid si debitor perseveret in eadem contumacia? R. Judicis est præfigere certum tempus, quo elapso bona possunt distrahi l. 9. C. h. t. et facta distractione creditoribus satisfiat.

Q. 3. Ubi maneant fructus? R. ex primo decreto missi tantū eos custodiunt, qui à debitore sunt percepti, vel percipiunt et custodiunt, quos debitor negligit percipere l. 5. § 22. ff. ut in possess. Ex 2do decretó missi ipsos ~~ipsi~~ fructus percipiunt, et vendunt, vel rem locant in comōdū omniū, l. 9. pr. et § 1. ff. h. t.

Q. 4. Quid si res fuerit ante à debitore locata? R. Stabitur ei locationi à creditoribus missis, modó nihil in fraudem factum sit, d. l. 9. Nec obstat, quod emptor non tenēatur conductionē à venditore factā servare l. 9. C. de locat. et cond. Est enim alia ratio venditoris, qui rem singularē emit, quā creditoris, qui in res debitoris mittitur.

Q. 5. Quid in impensis statuendū? R. Et illæ sunt restituendæ, si sint bona fide factæ, nec oberit, quod non profuerint debitori, d. l. 9.

Q. 6. Quid si debitor post missionē ex 2do decreto veniat, et se defendere velit? R. Non audietur, nisi solvat omne damnū præstetq; fidejussorē de lite prosequenda, Nov. 53. c. 4.

Tit. 6.
De privilegiis creditorū.

Q. 1. Debeant ne omnes creditores eodē modo ad bona debitoris admitti? R. Neg. habenda enim est ratio hypothecarū, et

Lib. 42.

privilegiorum de qua re supra ad tit. qui potiores in pig. agi solet, sunt autem privilegia supra hypothecas, unde et creditores ex iis privilegiis praeferuntur hypothecariis.

Q. 2. Quo ordine ad bona debitoris admittantur privilegiati? R. juxta dispositionem legum privilegium ob impensas funeris praecedit omne creditum, l. pen. ff. de Relig. Post hoc succedit Privilegium in* Primipilo l. fin. C. de primipil. vel in tributis publicis, l. 1. C. si propter publ. pensit. Post hoc privilegium ex causa empta militia acquisitum, secundum formam Nov. 97. c. 4. Post hoc privilegium mulieris in dote de quo in l. ult. C. qui pot. quod locum habet, si ipsa vel filii agant de dote, non si extranei heredes. l. un. C. h. de privil. dot. ~~Post hoc sequitur privilegium creditoris, cujus pecunia res est empta, et pro pecunia obligata l. 7. C. h. qui pot.~~ vel pupilli, cujus nummis res est empta, l. 7. ff. qui potior. Tum denique privilegium creditorum ob sumptus factos ad refectionem rei obligatae. l. 5. et 6. ff. d. qui potior

*Ein Haübtman der [illegible] rott

Q. 3. Quo ordine veniant hypothecarii? R. ex ordine temporis, unde hic valet: prior in tempore potior jure. Porro ad ordinem Hypothecariorum sunt referendi, fiscus, item pupilli pro administratione tutorum, item Missi in possessionem, Post hosce reliqui creditores Chirographarii vocantur pro rata debiti, sine ulla temporis ratione, l. 6. C. de bon. autor. judic. Hoc tamen attento, ut creditores secundum loca et bona debitoris, quae reperiuntur, ubi negotiatio est habita, priores sint, l. 5. §. 15. et 16. de tribut. act.

Tit 7.

De Separationibus.

Lib. 42.

115

Q. 1. Quid sit remedium contra hæredē debitoris suspectum? R. Est separationis, quo Creditores defuncti petunt, ut bona hæreditaria ~~hæreditate~~ defuncti ab hæredis bonis separentur, l. 1. §. 1. ff. h. Fit autem separatio ex decreto Prætoris d. l. 1. pro ~~parte~~ rata hæreditatis, l. 7. C. de bon. auth. ~~judic.~~ jud. possess.

Q. 2. possintne Creditores hæredis separationē petere? R. neg. d. l. 1. §. 2. nisi fraus sit comissa, d. l. 1. §. 5.

Q. 3. Qui creditores petere possint? R. tam Chirographarii, quam hypothecarii intra ~~quinquennium~~ quinquennium ab adita hæreditate d. l. 1. §. 13. nisi vendita sit hæreditas bona fide. l. 2. ff. h. Post id tempus non agitur ad separandum, uti nec si bona hæreditaria cum hærede sint confusa vel novatio aliqua sit facta inter creditores defuncti, et hæredem, l. 1. §. 10. 13. 15 ff. ~~h. t.~~ ~~c. h.~~

Q. 4. Quid si quis ex creditoribus defuncti habeat hypothecam? R. ea hypotheca non extinguitur etiā post quinquennium, quia pignoris onus perpetuum est.

Q. 5. Quid si concurrant hypothecarii creditores defuncti cum hæredis hypothecariis? R. Potiores erunt creditores defuncti in rebus hæreditatis, licet tempore sint posteriores

Q. 6. Quid si hæres inventariū ~~fecerit~~ fecerit? R. Id habetur loco separationis, arg. l. fin. §. 9. C. de jure delib.

Lib. 42.

Tit 8.

De curatore bonis dando.

Q. 1. An hæc omnia quæ pertinent ad venditionē bonorum et similia, non præstet per aliquē administrari loco debitoris? R. Solet dari unus curator bonorū, vel plures à Prætore ex consensu majoris partis creditorū ad bona vendenda, pecuniā recipiendam, æs alienum solvendū, actiones omnes instituendas, et excipiendas, l. 1. § 1. l. 2. l. fin. ff. h.

Q. 2. Quinā esse possint curatores bonorum? R. Eligi possunt ex Creditoribus etiā extranei, nunquā verò inviti cogendi sunt, nisi ex magna causa, l. 2. § 3. et pen. ff. h.

Q. 3. In quid tenebuntur? R. Singuli in solidum, nisi per regiones distinxerint officia, d. l. 2. § 2. l. 3. ff. h.

Q. 4. Possitne Curator bonorum agere (actione hypothecariā) nomine Creditorū adversus tertiū possessorem? R. Nullo modo; quia non tam procuratoris Creditorū, quam vicem debitoris gerit. arg. d. l. 2. § 1.

Tit 9.

Quæ in fraudem Creditorum facta sunt, ut restituantur.

Q. 1. Quid si in fraudem Creditoris sit aliquid alienatum? R. Si ~~bon~~ bona debitoris v.g. subhastata ad integrā præstandā satisfactionem non sufficerent, hi ulterius inquirere possunt, an non bona aliqua in suū præjudicium fuerint alienata à debitore, hac alienatione supposita Creditoribus actio Pauliana pro re

alienata denuò revocanda conceditur

Q. 2. Quomodo hæc actio definitur? R. est Prætoria personalis, in rem scripta, qua creditor vel ejus heres, aut curator ~~bonorum~~ bonorum obtenta possessione, et subsecuta excussione debitoris, bona in suum damnum fraudulenter alienata et tradita intra annum ab accipiente ejusve herede unà cum fructibus, nec tamen refuso pretio revocat, acsi alienata non fuissent. Widr. h. n. 2. Lib. 42.

116

Q. 3. Quando fraus dicatur esse facta? R. Cum consilio et eventu sunt fraudati Creditores, l. 15. ff. h. l. 49. ff. de Reg. jur.

Q. 4. Cui incumbat probatio? R. Creditori. Ad hanc verò rem sufficiunt indicia et actus Clandestini. Lib. 43

Liber 43

~~Tit. 1.~~

Tit. 1. De interdictis sive extraordinariis actionibus, quæ pro eis competunt

Hanc materiam explicavimus in l. 4. inst. tit. 15. Sufficiat hic adnotasse, quod interdicta sint extraordinariæ actiones, quibus agitur, ut quid jubeatur vel vetetur, quibusque potissimum agitur de possessione vel quasi.

~~Tit. 2. Quorum bonorum~~

~~Tit. 2.~~

Quorum bonorum?

Q. 1. Quid sit interdictum quorum bonorum? R. Quod datur ei, cui ex edicto prætoris bonorum possessio est delata, contra eum, qui pro herede, vel pro possessore possidet, ut realem hereditatis possessionem obtineat, l. 1. ff. h. §. 3. inst. de interd.

Q. 2. An detur heredi tam ex testamento, quam ab